13.

Sed Deus ab alto prospiciens injuriam illatam nequaquam tulit inpunem[a] Extemplo siquidem nebula quedam pestilens ac fetida totum fere exercitum attenuavit, primoque Coloniensem archiepiscopum, pluresque episcoporum, duces, ac alios prepositos inficiens,[b] sine mora exstinxit. Huc accessit, ut Mediolanenses, post sue civitatis excidium, quatuor oppida, per quatuor plagas, imperiali edicto fecerant, Sed post quadriennium insolita sibi recalescente[c] superbia, a rege defecerunt, quatuor ibidem civitatibus in unum collectis, vetus Mediolanum refecerunt, imperatorem vincentibus reliquis Italicis, per insidias insecuti, nonnullos regalium satellitum[d] occiderunt, pluresque captivos abduxerunt, ac imperatorem Italia eadem discedere, Alpesque transcendere compulerunt.

Eodem anno Heinricus interim dux Bavarie et Saxonie, imperatore in Italia moram faciente, contra Lodewicum lantgravium Thuringie et Hassie, reliquosque principes Saxonum, per biennium fere[e] preliabatur, nec sacre[f] observationis tempora, nec fides jurandi, nec pacis ab eo conditio servabatur, sed rapinis, castellorum oppugnationibus, membrorum obtruncatione, tota Saxonia atque Thuringia non parvo tempore vexabantur. Deinde imperator de Italia reversus, circa festum Johannis Baptiste, habito generali conventu Erfordie Heinricum du-cem

a) inpunire c.

colonien[s]em

b) insiciens c. insiciens c.

b!

c) recolescente c

d) satellitum c

e) vero c.

f) sacro c

= 5 (...)(...)

s. 1167. 1170.

NB!

g) Heinricus dux c.